

V, 82.

2.417a



CVRIAM
REGNITIANAM
NON. NVLLO. IVRE
HERMVNDVRORVM
COGNOMINANDAM
DISSERIT. XXXVI

VT
AD
SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI
DOMINI
FRIDERICI. CHRISTIANI
MARGGRAFII. BRANDENBURGI. PRVSSIAE. DVCIS
RELIQVA
NVTRITORIS. CVRIANI. MVNIFICENTISSIMI
NOMINALIA

IN. ISTO D. XIII. MAII. CICICCLXVIII
H. L. Q. C.
GRATISSIMO. IN. OMNIVM. VITAE. AVCTOREM. ANIMO
OBEVNDA
CVRIAEC. PROCERES. ET. CIVES
VT. DECET
EAT. ROGATVM
PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS

CVRIAEC. REGNITIANAE
LITERIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSCHELII

Pensi III.

POSTERIOR PARS.

NUM SALZA FLVMEN CATTIS HERMVNDVRIS Q.
CONTERMINVM?

Index dictorum.

- §. I. Catti quibusnam?
- §. II. Vnde?
- §. III. Quinam?
- §. III. Num flumen falsum Mansfeldicum adtigerint olim?
- §. V. Quot medio aeno ab Hasis pagi nominati?
- §. VI. Num eorum aliquis HERMVNDVRIS conterminus?
- §. VII. Num in eo flumen falsum?
- §. VIII. An ibi HERMVNDVRORVM pagus?
- §. VIII. Num flumen falsum conterminum?
- §. X. Ad quos ilud pertinuerit?
- §. XI. Num HERMVNDVRIS conterminum?

§. I.

CATTI 1.) audiunt Graecis τὸ Χαμαντίbus ΧΑΤΤΟΙ, 2.) vnde forte Latine scribenti 3.) CHATTI, ut firmitas et vigor vocis quasi quibusdam neruis additis intenderetur, 4.) Hand longe distant ΧΑΤΤΑΙ 5.) sive CHATTAI, 6.) longius tamen ΧΑΤΤΑΙ 7.) sive CHAVTAI, 8.) Iftis proprius accedunt ΚΑΤΘΑΙ. 9.)

§. II.

1.) Taciti Annal. Lib. I. Cap. LV. n. 1. Cap. LVI. n. 1. 4. 7. Lib. II. Cap. VII. n. 1. 2. Cap. XXXXI. n. 2. Cap. LXXXVIII. n. 1. Lib. XI. Cap. XVI. n. 2. Lib. XII. Cap. XXVII. n. 2. Cap. XXVIII. n. 1. Lib. XIII. Cap. LVII. n. 1. 3. Hist. Lib. III. Cap. XII. n. 3. Cap. XXXVII. n. 4. German. Cap. XXVIII. n. 1. Cap. XXX. XXXI. XXXII. XXXV. XXXVI. faepius Cap. XXXVIII. n. 1. Suetonii in Domitian. Cap. XIII. Iulii Capitolini in Antonin. Philosoph. Cap. VIII. Spartiani in Didio Julian. Cap. I. Iuuenalis Sat. III. vs. 147.

Eutropii in Breuiar. Hist. Rom. Lib. VII. Cap. XXIII. Statii Lib. I. Siluar. I. vs. 27. 2.) Strabonis Γεωγραφ. Lib. VII. p. 446. et 448. hic quoque eos vulgi ΒΑΤΤΟΙΣ substituente Clunero in German. Antiq. Lib. III. Cap. XVIII. item Dionis Casii Ἰσορ. Lib. LV. p. 584.

3.) Plinio Hist. Nat. Lib. III. Cap. XIII. 4.) Si audieris Aulum Noct. Att. Lib. II. Cap. III. Iunge dicta supra Cap. III. Sect. I. Int. II. Part. VI. §. XVIII.

5.) Qui in quibusdam Ptolemaei

§. II.

Vnde vero illud natum? Est, 1.) cui videntur a *Kaze* dicti, quo nostrates *feline* denotant. Nec diffitemur, in diuersis linguae nostrae dialectis illud animal domesticum scribi *cat*, *cath*, *chat*. 2.) Neque inde macula inuratur genti, si hocce nomen de *vigilia* interpreteris. 3.) CATTIS enim 4.) *minax vultus et maior animi vigor*. „Idem vero animal alicubi *Kate*, alibi *Hesfe* dici„, 5.) equidem meum non fecerim. 6.) Vereor, ne cum *Hemze* confundatur, quo mas huius brutorum generis vulgo indicatur. Sane litterarum *K* et *H* permutatio non tam infinitis locis se se exerit, quam quidem venditatur. 7.) Neque et iam adeo dedecori fuerit ei, qui

CCC 2 non

Tewyrgaφ. t̄ Cnyt̄s. Lib. II. Cap. XV. libris, quales Cluierio German. Lib. III. Cap. V. Willichio ad Tac. Germ. Cap. XXX. fuere, vt et Spenero in Notit. Germ. Antiq. Lib. III. Cap. III. §. I. sub (h) Pfef- fingerio ad Vitriar. I. I. P. Lib. I. Tit. XVI. §. XI. p. 355. atque Wulfemannio de Hermundur. et Thuring. §. VIII.

6.) Qui in recentissima illius Geographi Europea Tab. III.

7.) Ex eiusdem Claudiu libro Argentinae industria Andr. Schotti anno CICICXII. forma maiori prodeunte,

8.) Quas expressit, qui incidit ad illud Schottianum exemplum Tab. III. Europae.

9.) Eutropii n. I. nominati Paraphrases Paeanius eos ita scripsit, iidemque minori vi surrogari posent Marialis Epigr. Lib. VII. Epigr. XXVIII. vs. I. *Parchis* pro aliorum CATTIS, eiusdemque Lib. VIII. Epigr. XXXVI. vs. 5. *chartis*, pro quo Gruterus legendum censebat CATTIS. Quam prope enim illis binis vocibus accedit CHATTIS,

praeferunt ultimo, si vulgata vitio laborant.

§. II. 1.) Leibnitius ad Tac. German. Cap. XXX. n. I. in Script. Rer. Brunsuic. Tom. I. p. 10. sub i) et in Collect. Etymolog. Part. I. p. 103. Improbatur Cl. Wenkio in Hist. Hasf. Part. I. §. III. Obseru. I. p. II.

2.) Ceu videre est in Wachteri Gl. German. Tom. I. p. 818.

3.) Cum codem Germanorum Aristarcho.

4.) Quales celebrat Tacitus de Morib. German. Cap. XXX. n. 3.

5.) Vt scripsit iste Leibnitius loco priori n. I. nominatus.

6.) Sane tota Bremensis Teutonica Societas in Lexic. Saxon. Infer. v. *Hesfe* Tom. II. p. 626. hanc vocem interpretans nullam illius significatus mentionem fecit, quam tamen fecisset, si id per Saxoniam inferiorem, qua Vir iste Doctissimus potissimum versatus fuit, insucesset.

7.) Saepius adpellato Leibnitio.

non nisi caede hostis se absoluat ignominia ignauit et imbellis, 8.) si CATTI nomen a Cadden arcescas, quasi eos hostem captare et lacerare dicas. 9.) Nec multum disfederit, 10.) qui a prisco Catten, vnde Gallofrancis adhuc Chaser n.) supereft, illud nomen petat. Hoc enim eis competit, si modo ex institutis omnium Germanorum 12.) vita omnis eorum sive in venationibus sive in studiis rei militaris constititerit. Prosequebatur enim CATTOS saltus Hercynius simul atque deponebat. 13.) Sed et alios ad proelium ire vidisses, CATTOS ad bellum. 14.) Iis quippe multum rationis ac sollertiae. Praeponere electos, audire praepositos, nosse ordines, intelligere occasiones, differre impetus, disponere diem, vallare noctem, fortunam inter dubia, virtutem inter certa numerare. 15.) Ad hoc qui suum aduerterit animum, 16.) CATTORVM nominis incunabula inuenirerit 17.) in illo maiorum nostrorum Cat, quod peperit Catualdum, Catumerum, Cateiam, Catobrigam, Catwicum, Cadomum, Chatuarius, alia. 18.) In adpellationibus enim horum cunctorum ratio videtur habita belli. 19.) Nactos autem esse nomen suum a Cate, quod aliis Cot, Cote, Cottage, 20.) vnde in quibusdam Saxoniae super-

8.) Quales forte experti sint Romani CATTOS. Sane id perhibet paullo ante excitatus Cornelius Cap. XXXI. n. 3.

9.) Cum Leibnitio n. 1. bis laudato, cuius verba denuo adposuit Cl. Steffensius in Hist. de Prisc. Teuton. Incol. Cl. III. p. 177. Addas Fresnei Lex. Med. et Infin. Latinit. v. *Catta*.

10.) Ecardus de Orig. German. Lib. I. §. CIII, p. 230.

11.) Quod quidem Wachterus in Gl. German. Tom. I. p. 726. ab *Hezzen* pertinet.

12.) Ex sententia Caesaris de Bello Gall. Lib. VI. Cap. XXI. n. 3.

13.) Si recte sibi constat Tacitus Cap. XXX. n. 1.

14.) Ex eiusdem iudicio, quod habetur acerrimum, n. 8.

15.) Vt et hoc n. 4.

16.) Vt aduertit Wachterus Gl. Germ. Tom. I. p. 241.

17.) Quac inuenit idem literator p. 253. seqq.

18.) Qualia et iam protulerunt Duumviri istarum rerum peritisimi Leibnitius in Collect. Etymolog. Part. I. p. 103. et Loescherus in Literat. Celt. Thes. XII. p. 18.

19.) Quod liquido constat ex Leibnitione, Loeschero, Wachtero.

20.) Qam in rem inuabit euoluisse Lexicon Cangianum v. *Cota*, Schilterum in Gl. v. *Kot* Thes. Antiq. Teuton,

superioris regionibus adhuc *Cotsati*, *Cossati*, *Cosseti*, 21.) vereor, ne tam facile omnibus persuaserim. Profecto enim in veteribus, quae superiunt de CATTIS, monumentis nulla mentio eorumdem, quibus usi sunt, sedium atque aedificiorum. Neque tamen dubitaverim, ea fuisse *tuguria* atque *casas*, 22.) quas ita dixerunt. Ceterum annauerint 23.) et, si audis, vocari eius gentis nationes Battos 24.) *Caninefates*, 25.) *Mattiacos*, 26.) quorum caput *Mattium*, 27.) imo *Chattuarios*, 28.) qui aliis 29.) *Attuarii*. 30.)

§. III.

Quoties autem non τῷ Κινύξερον *H*, 1.) et huic illud sub-
Ccc 3 traxe-

Tom. III. p. 520. Haltausium in Gl. German. Tom. I. v. *Kor*, p. 1125, seq. et recentissimum Lexicon Bremense Teutonicum v. *Kate* Vol. II. p. 750.

21.) De quibus praeter Vocabularium Cangianum et Haltausianum videndum Wachterianum p. 250, atque Klingnerus in Collect. de I. Rust. Part. I. Cap. III. §. X. p. 7.

22.) Quam *Kore* dicunt literae in Falkii Cod. Tradit. Corbei. Dipl. CCCXXXVIII. p. 916.

23.) Quod visum iam Aiermanno in Introd. ad Hasf. Histor. Sect. I. Cap. I. §. II. sub (*) p. 39.

24.) Strabonis Γεωγραφ. Lib. VII. p. 448.

25.) Velleii in Hist. Rom. Lib. II. Cap. CV. n. I. Taciti Hist. Lib. III. Cap. XV. seqq. Plinii in Hist. Nat. Lib. IIII. Cap. XV. cui quidem aliquot literis alter scribuntur. Conferas Cellarium in Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. III. Sect. XII. §. CLVI. seqq.

26.) Plinii in Hist. Nat. Lib. XXXI. Cap. II. Taciti in German. Cap. XXVIII.

n. 3. Ammiani Marcellini in Hist. Lib. XXVIII. Cap. III.

27.) Taciti Annal. Lib. I. Cap. LVI. n. 6. Ptolemai Lib. II. Cap. XI. et Notitiae Ciuit. Septentr. a Lindenbrogio ad Ammian. Lib. XXVIII. Cap. III. citatorum, cuius erudiendi causa omnem plane mouerunt lapidem Leibnitius in Epist. in Moniment. Hassiac. Schminckianis Tom. II. p. 760. seqq. descripta, Schminckius ipse in eorumdem Tom. I. p. 1. seqq. Eistor in Kuchenbeker Anal. Hassiac. Collect. II. p. 363. seqq. Aiermannus n. 14. nominatus §. V. seq. et de Monte Tauno §. IIII. et Cl. Wenkius in Hist. Hasf. Part. I. §. XIII. Numuline vel recentissime eius Mattier nomen in fronte gerentes atque in regione Brunsuici obuersantes Mattiacorum adpellationem conseruauerint?

28.) De quibus §. proximo extr.

29.) Interpretibus Velleii statim adpellati.

30.) Velleii in Hist. Rom. Lib. II. Cap. CV. n. I.

§. III. 1.) Ut iam monuit Cluuerius in German. Antiq. Lib. II. Cap. XXXX. at-

traxerunt? 2.) Hinc non est, quod existimes, illas 3.) gentis, de qua iam sermo, appellations toto, quod aiunt, caelo a se dissidere. Si CHATTOS capite trunes; erunt HATTI. 4.) Nec minus sive 5.) A transit in sonum τοῦ E. 6.) Sic nascetur 7.) HETTI sive HETTH. 8.) Porro, quis est adeo expers linguarum, qui ignoret, 9.) S et T esse confines? 10.) Iam habueris nunc HASSOS 11.) nunc HESSOS, 12.) perinde ac, 13.) qui ab illis nomen suum nacti fuerint, 14.) Chattuarios et Chasuarios. 15.) Sic non opus est dicere, 16.) C fuisse in H mutatum, quin potius CH et

que recentius Perillusfr. Estor de Antiq.
Hasf. Formul. in Kuchenbekerii Anal.
Hasiac. Collect. II. p. 349.

2.) Ut idem Cluuerius atque Schilte-
rus in Glosfar. sub CH, quo imple-
nit eius Thesaur. Antiq. Teutonic. Tom.
III. Frikins p. 153. item Feinius a Steffen-
fio in Hist. Prisc. Incol. Teuton. Cl. II.
p. 92. sub g) laudatus.

3.) §. I. recensitas.

4.) Ex indicio illius Cluuerii Lib. III.
Cap. V. cui addas Kirchmaierum ad Tac.
German. Cap. XXX. pr. Weinrichium de
Abbatia Herrenbreitungen §. I sub d) in
Kuchenbekerii Anal. Hasiac. Coll. XII.
Obs. I. p. 232. Confer etiam huius no-
strae commentationis Cap. III. Sect. I.
Int. II. Part. VI. §. XVIII.

5.) Quale memini exemplum me pro-
posuisse in Hermundurorum Notit. Lib. I.
Cap. I. Sect. I. §. III. imo plura in hoc
ipso, quem penè pertexui, commenta-
rio Cap. II. Sect. II. Int. II. P. III. §. V.
et in Anal. Brandenburg. Tom. VI. Cap. II.
p. 292. atque Tom. VIII. Cap. II. p. 247.

6.) Quod in voce *Hesforum* contigisse
scribit antea n. I. laudatus Estor.

7.) Aethici in Cosmographia Melae
Gronouiania subiuncta p. 716.

8.) Quo respexisse videtur Melanthon
de Voc. Reg. et Gent. in Schardii Rer.
German. Tom. I. p. 78.

9.) Qui ignorat, reuoluat Cap. II.
Sect. II. Int. II. P. I. §. V. vbi quaedam
adulti.

10.) Quod ad *Hesforum* nomen adpli-
cauit Menso Altingius in German. Infer.
Part. I. v. *Bataui* plane suffragante Eitorio,
item Feinius apud Steffenium in Hist.
Prisc. Incol. Teuton. Cl. II. p. 92. sub g).
Conferatur Rau in Monum. German. de
Ara Vbiorum Lib. I. Cap. I. §. III. p. 13.

11.) Quos iam agnouit Cluuerius
Lib. III. Cap. V. Concinxit Kirchmaierus.

12.) Quos aequo Cluuerius.

13.) Quod censuerunt n. 10. nominati.

14.) Ita censente Cluuerio Lib. III.

Cap. V. et XV.

15.) De quibus egi multis in Hermun-
durorum meorum Notitia non dum edi-
ta Lib. I. Cap. I. Sect. I. §. III. n. 12.

16.) Ut edixerunt Wachterus p. 241.
seq. et Kirchmaierus.

et II promiscue fuisse adhibita. 17.) Sublato tamen utroque adpellantur 18.) illi ASSI. 19.)

§. III.

Qui didicít, 1.) tempore procedente multas in variis terrarum locis fuisse factas mutationes, totque populorum dissidiis atque migrationibus fines eorum nunc prolatos nunc coarctatos, non improbabit, si vel nunc *Catti* sive *Hesi* ab illo lacu falso, quem pro flumine gignendo *sale* secundo atque amne, in quo *sal* proueniebat, 2.) commendauimus, 3.) sint remotiores. 4.)

§. V.

Non tamen medio aevo adeo remoti fuerint. Tum enim tres 1.) videntur fuisse pagi, qui ab *Hasfis* illa *Chattorum* progenie nomen suum nacti erant. Caeu autem, ad eos 2.) referas pagum *Hasagewe* sive *Hasagowe* sub maiori Grabfeld comprehensum, 3.) *Hasforum* tamen

17.) Cuīus conuincarīs, si vel nostrorū Analectorum Brandenburgicorum Tom. X. Cap. II. Sect. VI. n. 582. p. 250. euolueris.

18.) Aimoino de Reb. Francic. vt iam obseruaerunt Furstenbergius in Monum. Paderborn. p. 143. Spenerus in Notit. German. Antiq. Lib. III. Cap. III. sub (h) p. 194. Feinius referente Steffensio in Hist. Vet. Teuton. Incol. Cl. II. p. 92. sub (g) et Cl. III. p. 177.

19.) Ita supersedeas opera, quam *Hasforum* nomini impenderunt, quamque vel vt in vna tabula exhibuit Perill, Eltor. p. 348. sub b).

§. III. 1.) Qui non dum didicit, discat a communi geographiae magistro Ptolemaeo Lib. I. Cap. V.

2.) Referente Tacito Annal. Lib. XIII. Cap. LVII. n. 1. et 2.

3.) Priori parte huius III. Pens.

4.) Quo argumento militant securi sentientes.

§. V. 1.) De quibus doctorum sententias reffere, longius eset. Potiores colligit Abbas Gottwicensis ni potius Hahnianus Bambergensis, ad quorum Chronicon lectorēm allegabo, cuius interest carum praecipuas nosse. Ibi enim vel vt extricata dentis cerua plagis.

2.) Ad quos retulerunt prae ceteris Winkelmann in Hasf. Chron. Part. I. Cap. III. et fictus Wettermannus in Wetterraiae Cap. V. in Kuchenbekerianal. Hasf. Collec. II. Obs. V. p. 391.

3.) Quem bene descripsisse Junkerum in Introd. ad Geogr. Med. Aeu. Part. II. Cap. V. p. 243, seqq. pronunciatur in Aiermanni Introd. ad Hasf. Histor. Sect. II. Cap. II. §. VIII. et VIII. et in Chron.

tamen fuit pagus, qui *Aisorum*, *Hassorum*, item *Hassi*, *Hesfi*, dicitur, quem Adraun, Fulda, Schwalma et Ohma rigabant. 4.) Alteri nomen est *Hesiga*, *Hesa*, *Hesfi*, *Hesium*, *Esega* et *Eseki* inter flutios Dimolam et Iteram in hodierna Hassia inferiori. 5.) Tertius 6.) scribitur *Hassaga*, *Hassagau*, *Hassagawe*, *Hassagoi*, *Hassigonne*, *Hassega*, *Hassegaw*, *Hassegun*, *Hassigani*, *Hassigau*, *Hassigawi*, *Hassigowe*, *Hassigun*, *Hassingau*, *Hassingow*, *Hlasgow*, *Hassowe*, *Hosgot*, in Nordthuringia, quem non a, nescio quo, *Hesfo*, 7.) quis enim pagorum vñquam a principe aliquo viro nomen traxit? sed ab *Hasis* nominatum fuisse, certum est. 8.)

§. VI.

Hic pagus, qui multis 1.) alterum quasi Sphingis aenigma, 2.) inter fluuios Salam, Vnstrutam, Willerbacum et Wipperam ad urbem Merseburg extensus, 3.) vbi Comitatus Mansfeldicus et Episcopatus

Gottwic. Lib. III. Cap. CLXXXVIII. p. 622. seqq.

4.) De quo Chronicon Gottwicense Lib. III. Cap. CCII. p. 627. seqq. cui multum lucis accedit Perillustris Estor in Kuchelbekerii Analect. Hassiac. Coll. II. Obseru. II. p. 231. seqq. vt in Origin. Iur. Publ. Hassiaci Cap. I. §. V. p. 20. pluribus superfedere potuerit. Omnia maxima in inuestigando illo pago sagacitas fuit Aiermanno in Introd. ad Hass. Hist. Sect. II. Cap. II. p. 108. seqq.

5.) Quem post eiusdem Chronic Cap. CCI. p. 626. seq. idem Estor in Origin. laudatis p. 19. seq. exsecutus est.

6.) Quem idem Vir Doctissimus ibi p. 19. in apicum posuit a Iunkero in Geogr. German. Med. Aeu. Part. II. Cap. V. p. 243. non dum satis exppositum, nec in Chronic Gottwicensis Cap. CC. p. 625. seq. vt par erat, definitum. In eo defi-

nendo omnibus palmarum praeripiuit R. in Kreisigii Anal. Hist. Saxon. Tom. I. Obs. XI. p. 271. seqq.

7.) Ut vñsum fuit Eccardo in Origin. Famil. Anhalt. Cap. I. §. II. Geneal. Princip. Saxon. Super. additis p. 492.

8.) R. n. 6. laudato p. 271.

§. VI. 1.) In quorum numero Meibomius iunior in Script. Rer. Germ. Tom. III. p. 102. Paullini de Pagis in Rer. German. Syntagm. p. 581. Conringius de Antiq. Stat. Helmstedti p. 75. Junkerius in Geogr. Germ. Med. Aeu. Part. II. Cap. V. p. 244.

2.) Ut adpellauit auctor Chronic Gottwicensis Lib. III. Cap. CC. p. 625.

3.) Ut dicitur Meibomio seniori in iisdem Script. Rer. Germ. Tom. III. p. 101. Leukfeldio in Antiq. Halberstad. Part. I. §. XIII. p. 16. et in Antiq. Groning. Cap. II. §. VIII. p. 15. Kettnero in Antiq.

patus Merseburgensis se complectuntur. 4.) Eius fines ita describas, 5.) vt incipiendo a Frideburgo Mansfeldico ad Salam, cuius flumine aduerso si nauiges, deferaris ad ostium Vnstrutae, atque per id ad Helmanae ostium; inde inter Walhusam et Sangerhutam iter faciens pergas versus fontem Wippereae, qui separat hunc pagum a pago Sueorum Herstadium usque, vnde redeas, quo excucuristi, Frideburgum.

§. VII.

Hinc liquido adparet, eodem pago includi *flumen falsum*. 1.) Documento eius insuper luculentissimo est Wormsleben Mansfelden-sium ad latus occidentale *dulcis lacus* 2.) ab Islebia vix horae spatio et a *lacu falso*, 3.) vnde *flumen falsum* effluit, 4.) haud multo longius distans, 5.) Illud enim esse *Vurmarsleum*, 6.) quis est tam furdis auribus, vt ne eius sono percipiat? 7.) Hoc autem erat in pago *Hosewe*. 8.)

§. VIII.

Non igitur hic locum habet *pagus HERMVNDVRORVM*. 1.) Ad unum enim omnes eum ignorant.

D d d

§. VIII.

Quedlinburg, ad Diplom. VIII. p. 14. Eccardo in Hist. Geneal. Princip. Saxon. Super. subiunctis Originibus Famil. Anhalt. Cap. I. §. II. p. 492. et de Orig. German. Lib. I. §. CIII. p. 230. Abbelio in Antiq. Saxon. Cap. II. §. V. p. 314. Auctiori Hitler. Nordhus. Lib. I. Cap. I. §. II. p. 2. Michaelis de Comitat. Vtonis §. VIII. in Oetteriana Collect. Variar. Part. VI. N. XXXXVI. p. 657. seq.

4.) Quem ad modum legas in isto Chronico Gottwicensi.

5.) Duce R. n. 6. ad §. V. iam commendato.

§. VII. 1.) Superiori parte huius Penit. §. III. memoratum.

2.) De quo ibidem.

3.) Ut et de cor.

4.) Quod et ibidem ostensum fuit.

5.) Cuius causa, si opus est, conferas Frankium in Hist. Mansfeld. Lib. I. Cap. III. p. 89. et Abelium in Geogr. Pruss. et Brandenburg. Part. I. Cap. V. §. III. N. 7.

6.) In literis Ottonis I. Imperatoris anni 10CCCCXXXVIII. apud Leuberum in Capital. Imperat. n. 1594. Sagittarium in Antiq. Archiep. Magdeb. §. LVII. p. 46. et Paullini de Pagis in Rer. German. Syn>tagm. p. 581.

7.) Sane ira percepit Godofredus de Besfel in Chron. Gottwic. Lib. III. Cap. CC. p. 626. post Leukfeldium in Antiq. Halberstad. Part. I. §. XIII. p. 16.

8.) Tertibus literis n. 6. indicatis.

§. VIII. 1.) Quem peperit Knauthius in Misniae Illustrandae Prodromo p. 22. non fauente Iunone Lucina.

Non tamen diutius dubitabis, illud *flumen* *gignendo* *sale* *fecundum* atque illum *annem*, in quo *sal* proueniat, fuisse CATTIS HERMVNDVRISque *conterminum*. 1.) Illos enim Salam Thuringicum adluse, modo 2.) demonstratum fuit. Eumdeinceps fluuium HERMVNDVROS olim adtigise, supra 3.) docuimus. Quantum autem distat illud *salsum flumen* a Sala illo, in quem illud effluit? 4.) Num nunc nobis blandiamur rationibus sufficientibus 5.) demonstrasse, quod adhuc omnes fugit, qui in istas spinas ceciderunt, vbi *fluius* CATTIS HERMVNDVRISque *conterminus*?
§. X.

Ita vero et iam liquet, ad quem illorum populorum tum pertinuit illud *flumen*. Si paulo ante adlati 1.) fidem habueris, eam autem denegare quibus rationibus potueris? fuerit id in potestate CATTORVM ea aestate, qua inter HERMVNDVROS CATTOISque certatum magno proelio, dum *flumen* *gignendo* *sale* *fecundum* et *conterminum* vi trahebant. 2.) Hinc non amplius dubitabis, HERMVNDVROS illud *flumen* vi traxisse, CATTISque fuisse bellum illatum, quod 3.) his exitiosus fuit, illis prosperum, quia victores diuersam aciem Marti 4.) ac Mercurio 5.) sacrauere, quo votō equi, viri, cuncta vičia occidioni dabant.

§. XI.

1.) Ut narrat Cornelius Annal. Lib. XIII. Cap. LVII, n. I, et 2.

2.) §. VI.

3.) Partis prioris huius Pensil III. §. III.

4.) Quod constat ex superioris Parte huius III. Pensil §. III.

5.) Quos desiderauit Schoettgenius in Diss. de Hermunduris §. VI. in Spicileg. Diplomat. Hist. Saxon. Super. P. I. Obs. I. p. 10.

§. X. 1.) §. VI.

2.) Teste Cornelio paulo ante adpellato.

3.) Eodem teste n. 3. indicati Capitis.

4.) Qua via, quaeſo mi Cornelii, tui dī ad Hermunduros migrarunt? Sed nollem tu auctoritate commotos fuisse ex

noſtris Omeſium de Vet. German. Theolog. et Relig. Pagan. N. I. p. 3-7. N. II. p. II. Schedium de Diis German. Synt. I. Cap. III. p. 90. seqq. Kirchmaierorum alterum de Germanorum Antiq. Idolatria §. XI. seq. alterum de Bello Proelio que Cattos inter et Hermunduros §. XXIII. Iungium de Iur. Salin. Cap. III. §. III. p. 97. seqq. Schuzium de Cruentis Victimis Humanis Cap. VII. §. VII. p. 114. seq. nisi quod illa Capiti LXI. Cornelii tribuantur perperam ex operarum sine dubio incuria. Sed de eo iam queſtus sum in Orig. Αιθωποθυσίας vindicatis §. VIII.

5.) De quo quid ſentiam, si ſcire aues, euolucas Cap. II. Sect. I. Int. I. §. III.

§. XI.

Caecutierit autem aut praefracte obloquatur grauissimo scriptori, 1.) qui nolit, HERMVNDVROS fuisse CATTIS conterminos. Quis gentem genti conterminam venditauerit, quarum vna alteri e longinquo bellum intulit? Quis dixerit Ruthenos Prussis confines, quos inter paucis abhinc annis fuit multis proeliis certatum? Et tamen fuit, 2.) qui audacter pronunciat, quia istae priscae Germaniae gentes flumen gignendo sale fecundum et conterminum vi traxerunt, nondum sequi, ibi HERMVNDVROS sedem habuisse suam fixam.

Iam sacrauerere quidam nostratum non aduersarios sed se ipsos Deo T. O. M. quo voto nemo occidioni detur, quin patria communis fruatur tranquillitate, si eidem ita visum, longa. Ea vero sita est maxime in OPTIMO PRINCIPE, cuius secundum nomen pridie idus Maias in fastis nostris conspicitur. Illum autem diem, nos in votis habere, ut PATER patriae CLEMENTISSIMVS obeat laetus, inde quisque, quam hisce inuitamus, colliget, quod ipsi illa die CHRISTIANO dicata prius simus obituri, qua pars est, pietate. Id sunt exsecuturi quinque nostratum, si ultimum excipias, profa quaesituri, quod decet tirones bonae indolis, dubitanter:

IOANNES GEORGIVS GOTTFRIED DOPPELMAIER vernacula, an decies repetita pariant nauicam?

IOANNES HEINRICVS TRETSCHER Latina, an commodum de re numaria saepius disserere?

CHRISTOPHORVS PETRVS TAVBER Teutonica, an utile toties de eadem re dicere?

CAROLVS GOTTLLOB HASS Romana, an animi imperantium ianua numi eorum?

PETRVS ABRAHAM HOENIG carmine Mantuano an memoriam principum quidnam moneta constantius seruet?

His

1.) Cornelio saepius adpellato.

Obseru. I. §. III. p. 24. imo pluribus

2.) Grupen in Orig. German. Part. I. §. VI. p. 31.

CAPITULUM XXXVII

His iam plane accinctis accesit

JOANNES GEORGIVS FRIDERICVS FORSTER ad aliquot horas se subtrahens tenerorum gregi, quem cultus diuini et vitae probae rudimentis bene imbuat, chorumque sacrum moderetur Boboneofani in vicina Saxonia, commendatione Perillustris Friderici Augusti de Reizenstein equestris ordinis incliti Curianae, qua patet, prouinciae Capitis alterius Splendidissimi suo iure vocauit Generosissimum Reizensteiniorum Par anno superiori vergente. Tum, ne moras ipse faceret, cum iam per sex menses variae ei erant factae, transiit in munus, quo Consistorii Lipsiensis Patres Grauisissimi ipsum satis tentatum censuerant dignum. Qui tamen in emor, quot et quanta beneficia benefica nostra Curia in eum effudit, quem Pater Probus Iohannes oppiduli Arzbergensis ciuis ante nouem annos ad Curianam ordinem quartum adduxerat, sibi religioni duxit, ea silentio transire, et ingrati animi, quem cane peius atque angue fugit, praebere speciem. Omnia enim alia tribus annis cum semestri, quibus inter ciues gymnasii superioris auditorii egit adtentus atque bene moratus, docuit bifariam carmine Teutonico anno huius seculi sexagesimo quarto in solennibus natalicis SERENISSIMI FRIDERICI CHRISTIANI pro eo ad vota nuncupanda prouocans auditores et anno abhinc memoriam Athenaei Curiani CXXVI, inaugurati auditoribus proditurus, quod erat gymnasii ducis, praefertim simul alumnorum praefecti musica excellentis. Quis igitur prius habeat vel demum easdem laudes atque grates canere Curiae?

Cuius autem potius sit bonis verbis eum ad ludum suum remitte-re, quam ludum literarium, quo illi praeparatus fuit, regentis? Quod huius rei testibus gratius faciendi causa hic praefabitur de numis quadratae formae, quos certaminis ludicri, quo avis lignea perticæ adfixa sagittis deiicitur, aut tabula scloperis peritur, ergo fieri fecerunt Principes, p[ro]ae ceteris, Brandenburgicoculmbacenses.



Yb 4473

KD 18

ULB Halle
006 302 904

3



2c



Farbkarte #13



B.I.G.

CVRIAM
REGNITIANAM
NON. NVLLO. IVRE
HERMVNDVRORVM
COGNOMINANDAM
DISSERIT. XXXVI

VT
AD
SERENISSIMI. PRINCIPIS. AC. DOMINI
DOMINI
FRIDERICI. CHRISTIANI
MARGGRAFII. BRANDENBURGI. PRVSSIAE. DVCIS
RELIQVA
NVTRITORIS. CVRIANI. MVNIFICENTISSIMI
NOMINALIA

IN. ISTO D. XIII. MAI. CCCCLXII
H. L. Q. C.
GRATISSIMO. IN. OMNIVM. VITAE. AVCTOREM. ANIMO
OBEVNDA
CVRIAEC. PROCERES. ET. CIVES
VT. DECET
EAT. ROGATVM
PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS

CVRIAEC. REGNITIANAE
LITERIS, IOANNIS, ANDRAEAE, HETSCHELII